

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Eidem, Brundusium. Epist. XXI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

si modò id fieri possit? agnosco enim modestiam tuam: agnosco humanitatem. Nunquam tu hoc officium, quò absentes colloquimur & cogitatione saltem conjungimur, quò quidem utrique nostrum nihil optabilius existimo, intermissum esse patereris, nisi veritus esses, ne mihi diligentia tua, curis assiduis distento, rescribendi onus imponeret. Quod si ita est: cessare tamente, qui vacas, prorsus nolim. Mihi verò hoc juris non arrogo, ne nunquam rescribam: sed hoc, te permittente, sumo, ut in commodò meò fiat. Negligentià me peccare in hoc genere non putato. Quòd si memoria mea parùm confides, & diu responsum tibi à me deberi non patieris, admonebis, cum videbitur, atque adeò exiges. Nunquam mihi in appellando, modò, ut soles, Latine appelles; molestus eris: quin etiam gratiam inibis, quòd efficies, ut cum aliquo solvam lucro, crebrò regustandis epistolis tuis, quas lego libentissimè. Vale.

EIDEM, BRUNDUSIUM.

EPIST. XXI.

Excusat se de literarum intermissione, & postquam probavit, suam erga ipsum voluntatem, & filii observantiam nullo modo mutatam esse, culpam silentii transfert in ipsum Marinum, cuius literas, uti & promissas inscriptiones non acceperit.

Form. Valde te diligo. Ibi: Unicè enim te diligimus. (A)

Form. Respondendi ad object. At nihil ad te literarum. Ibi. (B)

Noli.

NOLI, obsecro, secus quam debes, & quam te dignum est, aut de mea in te voluntate, aut de filii observantia suspicari. Unicè enim te diligimus, (A) sic planè, ut in eis necessariis, quibus cum quotidie vivimus, quosque in oculis pro summis eorum meritis gestamus, Marium Corradum, quem nunquam vidimus, numerare soleamus. Si dubitas, testes dabo. Testes dico? cum unus instar omnium esse possit. Nam Petrus Perpinianus, de cujus probitate, & doctrina non tu sentis melius, quam ego, ex multis meis sermonibus, quo tu apud me loco sis, quantumque tibi tribuam, optimè coniecit. De filio autem quid putas? an tenero ejus animo persuaderi quidquam posse, quod à meo iudicio, meaqué consuetudine abhorreat? mihi crede: cum illum egregiis imbui studiis exopto, imitari cum laude possit domesticam industriam: tum hoc volo in primis, & hoc illi præcipio semper, ut amet eos tantum, qui virtute excellant, & quos amari, ac laudari à me senserit. In quò magnam capio voluptatem, quòd eum video præceptis meis locum non relinquere, & in hanc sententiam suà sponte ita propendere, quasi propriam in eo sitam esse laudem existimet. Itaque sumus erga te pariter animati, nec amicitia tuà quidquam carius, aut antiquius habemus: meritò id quidem: quid enim te amabilius? quis te vincit humanitate, literis, eloquentià? nostri verò, nisi me signa fallunt, quæ tamen obscura non sunt, quis cupidior, aut etiam studiosior? At nihil ad te literarum (B) per tot menses. Vis tu

Cc 3

nos